



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Mali in genere.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

fui, etenim senui, & non vidi justum derelictum, nec semen ejus querens panem. Totà die miseratur & commodat, & semen illius in benedictione erit. Pl. 36. Hi sunt viri misericordia, quorum justitia oblivionem non acceperunt. Cum semine eorum permanent bona. Hereditas sancta nepotes eorum, & in testamentis stetit semen eorum, & filii eorum propter eum in aeternum manent. Generatio eorum & gloria eorum non derelinquetur, laudem eorum annuntiet omnis Ecclesia Sanctorum. Eccl. 44. Melius est modicum iusto [qui non accipit corruptiones] super divitias peccatorum multas Pl. 36. Cum Sancto sanctus eris, & eum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cum perverso perverseris. Pl. 17. Qui thesauro sapientiae divinae usi sunt, participes facti sunt amicitiae Dei propter discipline dona commendati. Sap. 7.

Mali in genere.

Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi. Declinate à me maligni, & scrutabor mandata Dei mei. Omnem viam iniquam odio habui. Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici tui. Longè à peccatoribus salus, quia justificationes tuas non exquisiverunt. Pl. 118. Perfecto odio (cadente in scelera, non in personas) oderam illos, & inimici facti sunt mihi. Pl. 138. Ob monita mea exacerbati. Si praecipuus fuerit homo in delicto; Vos, qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis: consi-

considerans te ipsum, ne & in tenteris. Gal. 5.
 Gens absque consilio est & sine prudentia, utinam
 saperent & intelligerent, & novissima providerent.
 Deut. 32. Deficiant peccatores à terra, & iniqui,
 ut non sint. Pl. 103. Docebo iniquos vias tuas, &
 impii ad te convertentur. Pl. 50. Non resurgent
 impii in iudicio, neque peccatores cum consilio iu-
 storum. Pl. 1. NB. Non dicitur simplicitèr
 eos non resurgere; sed non resurgere cum iu-
 stis, sive stare à parte illorum, nec aufuros con-
 tra eos erigere caput, quos in vita hac habue-
 rant in derisum, & in similitudinem improperii.
 Sap. 5. Si iustus vix salvabitur, impius & pecca-
 tor ubi apparebunt. 2. Pet. 4. Nihil est terribi-
 lius peccatore in agone desperante, juxta illud
 Pl. 111. Peccator videbit, & irascetur: dentibus
 suis fremet & tabescet, desiderium peccatorum pe-
 ribit. Dum audis lapsum alicujus, dole, &
 Deo age gratias, quòd te præservaverit, vel è
 statu peccati eduxerit. Cum ceciderim, non sum
 collisus, quia Dominus suppositus manum suam.
 Pl. 36. Qui stat, videat ne cadat. 1. Cor. 10.
 Nisi quia Dominus adjuvit me, paulò minùs habi-
 tasset in inferno anima mea. Pl. 93.

Mali in specie.

Gentiles, Hæretici.

Illuminare his, qui in tenebris & umbra mor-
 tis sedent ad dirigendos pedes in viam paci-
 Cant. Zachar. Si quis aliter docet, & non ac-
 quiescit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi

(v. B.)